



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De episcopo qui propter dolorem capitis sepe in amentiam deuenerat.  
cxci.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

*De episcopo qui propter dolorem capitis saepe in amen-  
tiam deuenerat* Cap. CXCII.

*Ex regist.*

*cap. 233.*

*ad Ethe-*

*rrium epi-*

*scopum.*

Vamuis triste nobis sit valde quod loquimur , atque  
fraterna nos compassionē potius vrgeat quam ali-  
quid de auditis definire permittat : suscepit ta-  
men solicitude regiminis, cor nostrum instati pulsat acu-  
leo,magnam nos Ecclesiis curam prospicere, & antequam  
earum possit vtilitas deperire,quid fieri debeat Deo au-  
tore disponere. Peruenit igitur ad nos quibusdam refe-  
rentibus , quandam episcopum ita passionem capitis in-  
currisse: vt quod in mente alienata agere soleat, gemitus &  
fletus audire sit. Ne ergo languente pastore, grex, quod  
absit, insidiatoris laniandus dentibus exponatur , vel Ec-  
clesiae ipsius vtilitates depereant , cauta nos necesse est  
prouisione tractare. Et ideo quia viuentem episcopum ab  
officio suo necessitas infirmitatis non crimen abducit,  
alium loco eius nisi recusante eo, nulla finit ratio ordina-  
ti. Sed si interualla ægritudinis habere est solitus, ipse da-  
ta petitione non se vterius ad hoc ministerium , subuer-  
tente infirmitate , posse fateatur ad surgere, & alium loco  
suo expetat ordinandum. Quo facto omnium solenniter  
electione alter,qui dignus fuerit, episcopus ordinetur, sc-  
i tamen ut quoisque eundem episcopum in hoc seculo vi-  
ta tenuerit, sumptus ei debiti de eadem Ecclesia ministrē-  
tur. Enim uero si nullo tempore ad sanæ mentis reddit of-  
ficium, persona fidelis ac vitæ est probabilis eligenda,qua  
ad regimen Ecclesiæ idonea possit existere atque de ani-  
marum vtilitate cogitare, inquietos sub disciplinæ vincu-  
la restringere , ecclesiasticarum rerum curam gerere , &  
maturum atque efficacem se in omnibus exhibere. Qui  
etiam episcopo qui nunc ægrotat superstes , loco eius de-  
beat consecrari.

*Ex decre.*

*Sixti pa-*

*pæz. fra-*

*trib. per*

*Hispaniæ*

*cōstitutis*

*mīsiis,*

*cap. 7.*

*De restitutis episcopis per Romanum pontificem.*

Cap. CXCII.

Fratres verò quos timore terreno iniuste damnasti,  
scitote à nobis iuste esse restitutos. Quibus ex autori-  
tate sancti Petri , apostolica autoritate, omnia quæ eis ab-  
lata sunt integerimè redi præcipimus , si non vultis &  
vos & principes vestri à collegio nostro & membris Ec-  
clesiæ separari. Iusto enim iudicio Dei datur plerunque